



forte e' ut mos dicitur
hinc supra p' t' t'

XVII

Notandum ergo quod beatus Stephanus fuit fortissimus quo ad deum fuit fortissimus quo ad seipsum et etiam fuit fortissimus quo ad proximum. Fuit fortissimus in malicia arguendo siue veritate agnita defendendo. Dico quod beatus Stephanus ante omnia fuit fortis quo ad deum ipsum per omnibus diligendo et sibi sueque vite in omnibus proponendo. Sic enim eum dilexit quod pro eius amore vel honore vitam posuit. si enim maiorem caritatem nemo habet quae ut aiam suam ponat quis pro omnibus suis. constat quod beatus Stephanus summam caritatem ad Christum habuit. pro cuius amore mortem delectabilem illi fuit. Unde in eo adimpleti sunt illud *1. Cor. viii. Fortis est ut mors dilectio. imo ut vix fatear dilectio fortis mortis fuit. quia morte ipsam desperit et in omnibus superavit. Fuit etiam eius dilectio ad similitudinem mortis fortis. quia sicut mors aiam a corpore sibi dilectissimo dividit. sic amor caritatis Stephanus a mundanis omnibus separavit et soli Christo eum coniunxit. Secundo fuit fortior quo ad seipsum in corpore propter edomando. sic enim seipsum edomavit. sic frequenter delectationibus carnis imposuit et sic carnem spiritui servare coegit quod nulli unquam prave cogitationi consentit. Probus enim dicitur quod fortissimus est vincere hanc passionem contra naturam. ergo dum beatus Stephanus sic eam subegit. constat quod fortissimus miles fuit. unde de eo potest dici illud *1. Petri. vi. Accinxit fortitudine lumbos suos. quia enim viris luxuria est in libris. dum beatus Stephanus libidos accinxit perfecta continentia se astrinxit. et propter continentiam hanc perfectam quam habuit propositus mulieribus fuit. et in testimonio sui virginitatis facies eius in concilio cernentibus cunctis sicut facies angeli apparuit sicut *Actu. vii. Lucas dicit. Intuetes cum omnes etc. Tercio fuit fortis quo ad proximum ipsius malitiam arguendo siue veritate defendendo sicut patet *Actu. vii. unde poterat dicere illud *1. Thimo. iii. Repletus sum fortitudie spiritus domini ut annunciam iacob scelus suum et israel peccatum suum. vide quod for-*****

tis fuit ad arguendum proximum quod astantibus principibus sacerdotum phariseis et scribisdum inter se solus vidit multitudinem non veritus eorum potentiam non expavit nec sapientiam formidavit. sed ait ad eos constanter *Dura ceruice et incircumcisi corde et auribus parientes vos semper spiritu sancto resististis sicut et patres vestri. Quae inquit prophetatum non occiderunt patres vestri. Constantia vera. o fortitudo imperterrita. quae est hodie qui sic defendat bonum. arguat malum. imo hodie qui male faciunt extolluntur. boni esse predicant. et qui bona operantur simplices imo pro nihilo reputant. Et beatus Stephanus sic fortis fuit quod nullius hominis vultum primuit. et ideo similis factus est leoni in operibus suis. de quo dicitur *1. Petri. v. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavorebit occursum. Sic et beatus hic martyr gratia et fortitudie plenus fuit. Sed quidam sunt pleni dolo sitate pro malicia cordis ut grifones. quidam falsitate per duplicitatem sermonis. quidam impietate pro malitiam operis. Dico quod quidam sunt pleni dolo sitate cordis. unde dicitur *1. Cor. i. Corruptum plenum est fallacia et dolo. unde dicitur eiusdem. xix. Est qui se nequiter humiliat et interiora eius plena sunt dolo. Secundo quidam pleni sunt maledictione oris *ps. Quorum os maledictione et amaritudine plenus est sepulchrum. etc. Tercio quidam pleni sunt malicia operis. de quibus dicitur in *ps. Repleti sunt iniquitate et impietate sua. Rom. i. Repletos omni iniquitate et malicia et avaricia. Abusus ergo ielus buri martiris sanctissimi precibus nos ab hac mala plenitudine liberet. et primam plenitudinem cum beato Stephano donet. quae cum deo prope vivit etc.*****

De sancto Stephano Sermo. xvij.
Alegerunt apostoli Stephanum virum plenum fide et spiritu sancto *Actu. vi. In his verbis beatus Stephanus redditur commendabilis a duobus. Primo ab excellentia dignitatis*

2nda' fuit plenus

102